

HYMNOR. ET THRENODIARVM  
SANCTÆ CRVCIS  
IN  
DEVOTAM  
PASSIONIS  
IESV CHRISTI  
DEI ET HOMINIS

COMMEMORATIONEM

FASCICVLVS

AD HEBDOMADAM MAGNAM  
SVA CVIQUE MELODIA

AFFICTA *Summ. Cheri S. Bernardini.*

à SAMVELE BESLERO  
Scholæ VratisL. ad S. Sanctum Mo-  
deratore

CONGESTVS.

*Adjectis alijs quibusdam Lamentationibus & Can-  
tionibus Latino-Germanicis Passionis  
tempore consuetis.*

VRATISLAVIÆ,  
Ex Officinâ Typographicâ Georgi  
Bauman.


*Sumptibus ipsius Auctoris.*

ANNO 1811.  
MDCXI.

Reverendissimis, Illustrissimis, Generosis,  
Magnificis, Nobilissimis, Strenuis, Honestate ac Pru-  
dentiâ Præstantissimis, &c. Dominis Dn.

Principibus, Baronibus, ac cæteris per utramq; Silesiam Superiorem  
& Inferiorem, Patriam nostram dulcissimam, Statibus, Domini-  
suis clementissimis, omniq; observantiâ colendi S.

Salutem ac pacem  
in Christo Domino & Salvatore nostro.



*Q*uoniam in hoc sacro Pasionis D.N. J.C. tempore, Reveren-  
dissimi, ac Illustrissimi Principes, Generosi & Magnifi-  
ci Barones, Nobilissimi, Strenui, Honestate ac Pruden-  
tiâ Præstantissimi, Silesiæ, carissimæ nostræ Patriæ Pa-  
tres ac Domini, Domini mei colendissimi, cogitarem, mecumq; reputa-  
rem, quid potissimum ejus piæ recolendi causâ agerem, in mentem mihi  
venit pia simplicitas Cantus Choralis, plani illius & vetusti, qui devo-  
tæ pietatis ac majoris attentionis causa ab omnibus omnium seculorum  
Christiani nominis professoribus in celebrâdis sacris mysteriis est assum-  
ptus, ut nimirum ab omnibus intelligeretur facilius, & commodius u-  
surparetur passim publicè ac privatim: cum in figurali variis concurrerent  
in vicem clausulis & textibus ab una voce anticipatis, ab alia post-  
positis, vix aliquid, imò sæpè nihil omnino intelligi possit, quid cana-  
tur: unde etiam fit, ut fideles parùm eo ædificentur, sed tantum aures au-  
dientium scurviter, & usq; ad tripudiationem ferè desideratam, demul-  
ceantur. Ob id operæ precium me facturum existimavi, si aliquid sal-  
tem nunc quidem, quod ad Cantum nostrum Choralem pertineat, in me-  
dium proferrem. Sic tamen, ut relinqueremus sanctæ Cecilie Organa  
sua, & Davidi, ejusq; affectus modernis, Citharam suam, Et Belgis, Pi-  
cardis, Gallisq; cum Brabantinis & nostratibus aliquibus Patribus, ut  
plurimum fit, præter exactam illam & delatiorē Musicam, Con-  
trapunctum super Cantum Choralem seu vulgarem ex tempore cantare  
& Bassillare. Et quidem Cantus Choralis nostri, nemine reclamante,  
usus in Ecclesia & maximus & vetustissimus est. Ad id ut etiam in  
Populo Israelitico pietatis & sanctimonie excitanda causa habitus &  
sedulo observatus sit. Extra omnem enim dubitationis aleam esse debet,

quando Vetus Testamentū meminit Cantici, intelligi illud de Cantu Choralī, plano, simplici & vulgari. Etenim putabimus ne Moysen, cum transiit per Mare rubrum à manu Ægyptiorum liberatus, figuratum Musices concentum instituisse in populo, & non potius Choralem, & in populo suo usitatum, ut Exodi 15. habetur, ubi dicitur: Tum cecinit Moyses & Filii Israël Canticum istud Jehovæ, &c. Et Deuteron. 32. Vbi Moyses verba alterius Cantici populo declaravit & præscripsit. Quid? an dicemus Hannam impetrato Samuele filio, variatam conduxisse Musicam, & non potius, quòd ipsa sibi fecerat Canticum, quo subinde pro gratiarum actione uteretur? ut est 1. Sam. 2. Et quòd præter hos, omnes sancti homines in populo Judaico cantionibus vulgari- bus & Choralibus semper usi sint, testimonio nobis est totus Liber Psalmorum Davidis. Et dimisit in os meum Canticum novum, carmen DEO nostro, videbunt multi & timebunt, & sperabunt in Domino, ut est Psal. 40. Et quòd simplex & Planus iste Cantus, qui ex pia devotione hominis proficitur, DEO vehementer placeat, docet Psal. 69. ubi dicitur, Laudabo nomen DEI cantico, & magnificabo eum laude, & placebit DEO magis, quàm taurus aut juvenecus, qui cornu producit & ungulas, &c. Ad id ut Scriptura etiam sacra nos ad canendum DEO exhortetur, cum dicitur Psal. 96. Cantate Domino canticum novum: Cantate Domino omnis terra, &c. Et quòd DEO canendo homines pii exilarescant, satis arguit illud Psalmi alterius: Exultabunt labia mea, cum cantaverot tibi, &c. Si autem Novi Testamenti auctoritatem desideramus, quid clarius habere aut optare possumus, quàm quòd Paulus sanctum & electum DEI organum ad Ephes. 5. ver. 19. mandat? Loquentes inter vos mutuo, inquiens per Psalmos & Hymnos & Cantiones spirituales, canentes & psallentes in cordibus vestris Domino. Quid quòd Christianorum Cantus multis seculis ante prænunciatus est à Spiritu sancto? ut est Psalm. 98. Cantate Jehovæ Canticum Novum: quòd non nisi de Novo Testamento intelligi debet. Et alius Psal. Beatus populus, qui scit jubilationem: nimirum Novi Testamenti. Et Esa. 29. Cantores, ut Judæi interpretantur de Gentibus, scient Legem, &c. Quæ omnia Judaici de Gentibus intelligunt, ut videre est ex libro quodam Rabbi Samuelis,

Samuelis, quem scripsi ad Rabbi Isaac Rectorem Synagogæ urbis Subjunctivæ, in quo probat Jesum Mariæ filium oportere esse Messiam Mundo promissum. Quod animadvertit Gregorius Papa, & Ambrosius Pontifex Maximus, qui primi rationem hanc simplicem in templis canendi assumerunt, à quibus etiam Cantus Choralis Gregorianus & Ambrosianus dictus est: Quos secuti sunt Chartusiani olim, uti Bernhardus etiam, & omnis ubiq. Monachorum Chorus. Neq. id præter rationem, cum auctoritate Gregorii Cantica ista plana & vulgaria multum faciant ad excitandas mentes fidelium ad pietatem. Unde illud, quòd nuper citavi: Exultabunt labia mea cum cantaverot tibi, &c. Et auctoritate Bernardi, qui, cum canticis spiritualibus, inquit, sacra testia resonant, nihil superius civibus, nihil summo Regi jucundius exhiberi potest. Cui ad stipulatur iidem, quòd antè dixi: Laudabo Dominum Cantico, & placebit ei magis, quàm Taurus & Juvenecus, &c. Summa, nemini sanà mente præditò, modò tempestive fiat, non volupè est, si audit adolescentes, pueros, puellas sese cantionibus simplicibus exercentes & oblectantes. Quòd animadvertens Ethnica vanitas ad Psalmorum sacrorum exemplum suas etiam sibi Odas invenit, quarum unà valde sibi placere videtur, quàm cum tripudatione cecinit: Dulce ridentem Lalagen amabo, dulce loquentem. Sed de hoc in transcurso & breviter. Nos ad devotam nostram in canendo pietatem revertimur: Qua pie pensitatà fundatores Ecclesiæ Cathedralis ad D. Johannis non sine causà ac temerè instituisse mihi videntur, ut ibi non nisi cantu Choralī divina sacra mysteria celebrarentur.

Cum igitur hoc Quadragesimæ tempore composuissem aliquot Melodias Chorales ad Hymnos pios veterum & modernorum DEI Sanctorum, Passionales, Idq. ea mente, ut quoad fieri posset, occasionem cuiq. præberem, de sacrosandā Christi Passione, quàm nostra causà subjicit, pie ac devote cogitandi, Et considerarem sedulo, quos Patronos huic meæ Opellæ quærerem, non contra decorum me facturum putavi, si eas Reverendiss: Illustrissimis & Magnificis vestris Dignitatibus & Dominationibus inscriberem & dedicarem, sub quorum auctoritate & patrocinio satis tutè in piorum hominum manibus & ore versarentur.



# EPISTOLA DEDICATORIA.

sarentur. Hinc à Reverendisſimis Illuſtriſſ. Generoſis, Magnificis & Nobiliſſimis Dominationibus veſtris ſubmiſſè peto, ut hoc q̃uale q̃uale meum propoſitum in ſiniſtram partem non accipiant aut interpretentur, ſed me potius ob id ſibi de meliore nota commendatum habeant, q̃uòd has Cantus mei Choralis primitias pio ſtudio, & non alia profecto de cauſa notis Choralibus, in Typographiâ VVratiſlavienſi primis hiſce, & q̃videm ſumptibus meis, in lucem dederim, ne paulatim conciſis hinc inde Libri, membranarum uſus gratiâ, Hymni & Cantus veterum dulciſſimi, unâ cum melodiis ſuis Choralibus, ſuarviſſimis etiam, interirent. Ob quam etiam cauſam, q̃cum mihi jam nunc propoſitum ſit, DEO adjuvante, Hymnos & Cantus præcipuos toto anni tempore uſitados colligere, & in unum Opus ac Volumen redigere, unumq̃uemq̃ amice rogatum volo, ut ſi q̃uid talium in manibus habet, mihi id datâ occaſione communicare ne gravetur, gratiam debitam à me expectans & certè ſibi pollicens. Q̃uod reſtat Reverendiſſimas, Illuſtriſſimas, Generoſas, Magnificas atq̃ Ampliſſimas Dominationes Veſtras DEO Ter Opt. Max. animitus commendo, & Veſtro Patrociniò ac munificentia, cum aliis omnibus liberalibus artibus, hoc etiam Choralis Cantus exercitium. Benè valete Patres Patria, & cum bono DEO afflictis hinc inde rebus conſulite quàm dexterrimè. Dab. Breſl. M. Martio. A. C. MDCXI.

QDnn.

VVrr.

ſubjectiſſimus &  
obſervantiſſ.

SAMUEL BESLERUS,

De


## De Paſſione & Morte D. N. J. C. INVITATORIUM.




Chriſtū captum & ir-ri-ſum, fla- gel- la- tum:




Cru- ci- fixum ve- ni- te ad- o- re- mus.




VE- ni- te ad- o- remus Deum, & procidamus an- te



eum, propter nos hominē natum, naturæ & legi ſubie- ctum.



Chriſtum captum, &c. Fame, ſi- ti, æ- ſtu, fri- gore, ventis, im-



bri- bus, vi- gi- li- is, je- ju- ni- is, labo- ribus, anguſti- is, do- lo-



ri- bus: cæ- teris- q̃; infir- mita- tibus noſtris, DEO in congruis



con- ſectum. Cruci- fixum, &c. Baptizari digna- rum



rum, tenratum, reprobatum, traditum: pedes Aposto- lorum la-  
 vantem: pavētem in a- go-ni-a: proli- xi-us o- rantem: sudo-  
 rem tāqvā guttas sanguinis in terrā fundē- rem *Christū ca. &c.*  
 Comprehensum, tractū, trusum, li- ga-tum: Annæ, Caiphæ, Pi-  
 la- to, He- ro-di præsentā- tum: accusatum, judicatum, damna-  
 tum: alba veste in- dutum, fa- ci- e ve- latum, & cōsputum: co-  
 laphis, alapis, flagellis, arundine cæsum. *Cruci -fi: Veste propria*  
*exu-* tum: veste coccinea, corona spinea, sceptro arundi-  
 neo: adorati- o- ne, salutati- o- ne il- lu- lum. *Christū ca. &c.*  
 Ad

## Ad Primam Hymnus.

*IN* Passi- one Domini, quæ salus datur homi- ni,  
 sit nostrum refrigerium, & cordis desiderium.

*Portemus in memoria  
 Pœnas & tot opprobria,  
 Christi coronam spineam,  
 Crucem, clavos & lanceam.*

*Et plagas sacratissimas,  
 Omni laude dignissimas:  
 Acetum, fel, arundinem,  
 Mortis amaritudinem.*

*Hæc omnia nos facient  
 Et dulciter inebrient:  
 Nos repleant virtutibus,  
 Et gloriosis fructibus.*

*Te crucifixum colimus,  
 Te toto corde poscimus,  
 Ut nos sanctorum cœtibus  
 Conjungas in cœlestibus.*

*Laus, honor Christo vendito,  
 Et sine causa prodito:  
 Passo mortem pro populo  
 In aspero patibulo.*

## Ad Tertiam Hymnus.



Tu qui vela- tus fa- ci- e fu i- sti Sol




Fu- sti ci æ, fle- xis il- lus sus ge- ni bus, cæ-



sus quo- q; verbe-ribus.


*Tepetimus attentius,  
Ut sis nobis propitius:  
Et per tuam clementiam  
Perducas nos ad gloriam.*

*Laus honor Christo vendite,  
Et sine causa prodito:  
Passo mortem pro populo  
In asperopatibulo.*




HYMNUS

## Ad Sextam Hymnus.



Christū ducem qui per crucē redemit nos ab hostibus,



laudet cætus noster lætus exultet cælum laudibus.

*Pæna fortis tuæ mortis  
Et sanguinis effusio,  
Corda terant, ut te quærant  
Jesu nostra redemptio.*

*Per felices cicatrices,  
Sputa, flagella verbera:  
Nobis grata sint collata  
Æterna Christi munera.*

*Nostrum tangat cor ut plangat,  
Tuorum sanguis vulnerum,  
In quo toti sumus loti  
Conditor alme syderum.*

*Passionis tuæ donis  
Salvator nos inebria,  
Qua fidelis dare velis  
Beata nobis gaudia.*

# Ad Nonam Hymnus.



Crucem pronobis subiit, Et stans in il-



la sitiit, Iesus scra-tis manibus, fossis



clavis & pedibus.


Honor & benedictio  
Sit crucifixo filio  
Qui nos suo supplicio  
Redemit ab exilio.

Beata Christi Passio  
Sit nostra liberatio,  
Ut per hanc nobis gaudia  
Parata sint caelestia.


Gloria Christo Domino,  
Qui pendens in patibulo,  
Clamans emisit Spiritum  
Mundumq; salvans perditum.

HYMNUS

# Hymnus ad Vesperas.



Qui pressuram mortis dura solvisti nexus criminum, nos ad



pacem duc veracem, Iesu corona fide- li- um.

In flagellis potum fellis  
Bibisti amarissime,  
Pro peccatis perpetratis,  
Eterne rex altissime.

Nostra genti recolehti  
Tuæ mortis supplicium,  
Da virtutem & salutem  
Iesu redemptor omnium.

In amara crucis ara  
Fudisti rivus sanguinis,  
Iesu digne Rex benigne,  
Conjors paterni luminis.


Sanguis Christi qui fuisti  
Peremptor hostis invidi,  
Fac secure nos venire  
Ad cœnam agni providi.

B 3


Alius




## Alius ad Vesperas.



Qui ja-cu-i sti mor-tu us in petra Rex in-




no-cu-us, fac nos in te qui-e-scere, Et vi-



tam san-ctam du-ce-re.


Succurre nobis Domine,  
Quos redemisti sanguine,  
Et duc nos ad parva  
Æternæ lucis gaudia.

Laus, honor Christo vendito,  
Et sine causa prodito,  
Passo mortem pro populo  
In aspero patibulo.



Christi

## Christi Passio & Mors. HYMNUS.



Qui Solis ex-cellit ju-bar, Et a-s-tra



pulchritu-di-ne, De-for-mis, horridus la-cer, Pen-



det necatus in cru-ce.

Qui dat creatis spiritum,  
Vitamq; donat mortuis,  
Extendit in ligno manus  
Inter latrones mortuus.

Nostro ille læsus scilicet  
Et vulneratus vulnere:  
Peccata quæ non fecerat,  
Servaret ut nos, pertulit.

Agnus levatur stipite,  
Pro noxiis innoxius:  
Hæc sola grata pro reis  
Deo parenti victima.

O Christe noster, in crucis  
Oblatus ara, Pontifex:  
Qui morte mortem permeans  
Mortis tyrannum destruis.

Ad te perennis currimus  
Thronum paratum gratiæ,  
Patrata nobis crimina  
Oblivione conterere.

Per te quæamus vincere  
Hostem salutis dæmonem,  
Et omne carnis lubricum,  
Ac triste mundi gaudium.

Votis gementum porrigere,  
Distenta ligno brachia,  
Preces & ad nostras caput  
Taboreclina lividum.

Tu vita, consolatio,  
Robur, salus, redemptio,  
Tibi, & Parenti, & Flamini  
Sacro, canatur gloria.

Com-

*Commemoratio*  
Passionis & mortis Christi  
horaria.

HYMNUS I.

Crepusculum.


*Prima pars noctis*

Historia Triclinii


Christus cœnans cum Apostolis

*Esa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit.*

HORA SEXTA.



PA-scha-lis a-gnus interit, se Christus A-gnus ob-



tulit, Qui cor-pus atq; sanguinem suis fruendum præci-pit.

In pane corpus porrigit,  
Præbet cruorem in poculo:  
Hoc ut sit indelebilis  
Signum perenne fœderis.

Da Christe carnem sic tuam,  
Tuum cruorem sumere,  
Ut vitam in æternam fide  
Alamur omni tempore.

Nil afferat torpentibus  
Oblivionem sensibus,  
Quin efferamus debitis  
Laudes tuas præconiis.

HYMNUS.

HYMNUS II.  
Christus lavans pedes

Apostolorum.

*Joh. 13. Exemplum præbui vobis, ut quemadmodum ego  
feci vobis, ita & vos faciatis.*

HORA SEPTIMA.



LAvat Magi-ster turbidis Christus pedes Apосто-lis:




Servit su-is in o-mnibus Vo-lens ne-ces-si-ta-ti-bus.

Noli tumente pectore  
Exempla Christi spernere:  
Hic usq; noster ad crucis  
Aram minister factus est.

Fœdos reatus ablue  
O Christe, nosq; respice,  
Ut ambulemus in tuis  
Non desides vestigiis.

Da comitate, mutua  
Ut leniamus vulnera:  
Deterreatur charitas  
Nullis ministra sordibus.



C

HYMNUS

HYMNUS III.  
Christus Apostolos docens,


& pro eis orans.

I. Joān. II. *Advocatum habemus apud Patrem, Jesum  
Christum justum: & ipse est propitiatio.*

HORA OCTAVA.



**T**ristem timo-rem pelli-te: In me, Patrem-que; credi-te:



Sum vi-ta ve-ritas vi-a: Et spes salu-tis u-ni-ca.

Sum vitis & vos palmites:  
Efferte fructus uberes.  
Vos mundus odit: at Pater  
Cœlestis ipse diligit.

Hunc invocate per meum  
Nomen, sacrum qui spiritum  
Demittet: is contra mala  
Vos roborabit omnia.

Te sancte, te voco Pater,  
Nato tuo da gloriam:  
Et quos dedisti, quos dabis,  
Pios ministros protege.

Uno perenni & mutuo  
Jungantur omnes vinculo,  
Fungantur & Pater tua  
In sempiternum gloria.

Pater, dedisti quos mihi.  
Mecum, volo, sint singuli:  
Eos ama, ante condita  
Ut diligis me secula.

HYMNUS

HYMNUS IV.  
Conticinium.

Altera pars noctis.

*Historia Horti.*

Christus exiens in montana Oliveti.

*Psal. 22. Ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima  
est: quoniam non est qui adjuvet.*


HORA NONA.



**T**rans Kydon He-ros e-xi-it, Montem-que Olive-



ti pe-tit Mœrens, a-mi-cum tri-bus, Cer-ta mi-nis



non in-sci-us.

Noctis potestas emicat,  
Furor-que gliscit improbus,  
Unum miserrimi caput  
Telis petatum est omnibus.

Tu Christe nostros dirige  
Gressus, acerbo tempore.  
Pergamus, & malum tuo  
Vincamus omne numine.

Vis noctis hinc eat: nigri  
Metus faceßat Tartari.  
Hostis, potente dextera,  
Ignit- frange spicula.

C 2

HYMNUS




HYMNUS V.  
Christus orans & sudans.

*Psal. 38. Domine ante te omne desiderium meum, &  
gemitus meus à te non est absconditus.*

HORA DECIMA.



ANgo-re turba- tus necis Patrem ro- gat su- spi- ri- is,



Opemq; ce- lo, cri- mi- ne nostro gravatus flagi- tat,

Cui mortis in certamine  
Cruor fluebat corpore,  
Tellus madet sui gemens  
Heu conditoris sanguine,

A Patre perfert, Angeli  
Vox leta, spes solatii.  
Audit parentis subditus  
Mandata sancti filius.

Repelle non placabilis  
O Christe terrores necis,  
Mentes pavescent horridæ  
Nec inferorum nomina.

Sancto tuo nos Angelo  
Solare, confirma, iuva:  
Mordet severa saucia  
Cum culpa conscientia.

Ne murmuremus, cum malis  
Vexamur, aut periculis:  
Sed sit voluntatem sequi  
Tuam voluptionis pectari.

HYMNUS

HYMNUS VI.  
Christus à Juda discipulo proditus,

& à reliquis fuga desertus.

*Psal. 38. Amici mei & proximi mei è regione plagæ meæ steterunt.*  
HORA UNDECIMA.



Mul-to ve-nit sa- tel- li- te Judas, magistrū prodere:



Pacis scelestus improba Falla- cis of- fert oscu- la.

Armata Petre quid fero  
Mucrone servus irruis?  
Hus spontè pro te, proq; me  
Christus ligatur vinculis.

En sternit uno militum  
Verbo globos furentium:  
Obducit & recentia  
Auris rejecta vulnera.

Fugam capeßunt turbidi  
Illuc & huc Apostoli,  
Ovemtrahunt immania  
Raptam luporum guttura.

Tu Christe frange subdola  
Hypocritarum pectora:  
Hostes apertos numine  
Tuo potenter contere.

Pios ab armis impiis  
Tuere sumptæve excute.  
Nec territi dent hostibus  
Tergum fuga prementibus.

C 3

HYMNUS

HYMNUS VII.  
Nox intempesta.

*Tertia pars noctis.*

Historia coram Pontificibus.

Christus victus & adductus ad Annam.


*Zach. 13. Framea suscitare super pastorem meum,*

*& super virum coherentem mihi.*


HORA DUODECIMA.



Llur- ca-tur An- nas hel- lu- o Infomnis in



con- vi- vi- o, Christi prehen- si proximum Hauri-



rela- tus sanguinem.

Christus rogantis ebrium  
Verbo retundit impetum.  
Prorumpit hinc sus aulicus  
In ora compingens manus.

O Christe, solve vincula  
Nostri reatus omnia,  
Quis Dæmon & mors tristibus  
Nos alligavit nexibus.

Ab aulicorum verbera  
Tuos ministros assere,  
Cum nomen ob ruum pia  
Laborat innocentia.

HYMNUS

HYMNUS VIII.  
Christus accusatus, & suam confessus

Divinitatem coram Caipha.

*Psal. 22. Erue à framea DEVS animam meam,*

*& de manu canis unicam meam,*

HORA PRIMA.



AD Saduca- i Ca- i-pha Christus tribu- nal si- sti tur,



Et o- re falsorum re- us Clamatur ef- se te- sti- um.

Verumq; iussus in sui  
Fari parentis nomine:  
His ora dictis libera  
Incepit Heros solvere:

Dextram ad DEI videbitis  
Sedere, quem nunc luditis,  
In nubibusq; criminum  
Cœli redire vindicem.

Mox veste scissa Pontifex,  
Furore correptus, tonat:  
Hic morte dignus, Caipham  
Secuta turba, id comprobatur.

Hos perde Christe, qui malis  
Pios gravant mendaciis:  
Nos vera da loqui tuo  
Pro glorioso nomine.

Ut te tuentes arduæ  
Sedem tenere dexteræ,  
Non horreamus iudicem,  
Sed sanctum adoremus Patrem.


HYMNUS

HYMNUS IX.  
Christus negatus à Petro

Apostolo.

*Esaiæ 42. Calamum quassatum non confringet, &  
linum fumigans non extinguet.*

HORA SECUNDA.



Vitam para-tus po-ne-re Su-i ma-gi-stri pro-ne-ce, Et



en-se primâ fortiter Petrus cœ hortē sustinens.

Capri magistri tristitia  
It pone post vestigia.  
Sublata spes est, mœsculo  
Inane pectus sanguine.

Te nosse Christe pernegat,  
Verbo puellæ territus:  
Galli; rauco carmine  
Leo fugatur fervidus.

Verbi memor quod dixerat,  
Vultu; Christi concitus,  
Guttis dolendo pallida  
Humectat ora grandibus.

Serva tuos, audacibus  
Ne Christe fidant viribus.  
Occasionēs omnium  
Averte mitis criminum.

Lapso benigno respice,  
Nostri misertus, lumine:  
Fides tenax ab intemis  
Suspiret ad te sensibus.

HYMNUS

HYMNUS X.  
Diluculum

Quarta pars noctis


Historia Christi in domo Caiphæ.

Christus ministris Pontificiis in custodiam traditur,  
*Psal. 31. Factus sum tanquam vas perditum, quoniam  
audivi vituperationem multorum.*


HORA TERTIA.



Servan-dus, heu, Christus le-vi Datur ministro-



rum gregi, Quē Pōtifex in o-ci-o Pascit cu-li-



nae sor-di-do.

Quid castus inter improba  
Non passus est ludibria?  
Potantium lascivius  
Nil est sacerdotum ædibus.

Da Christe nos cœlestibus  
Custodiendos Angelis:  
Illis ministris impia  
Vincamus ut consortia.

Acerba ferre nos tuo  
Quod si jubes pro nomine,  
Sis ipse custos, & pia  
Præsto tuis clementia.

D


HYMNUS




HYMNUS XI.  
Christus ludibrio habitus.

*Esaia 50. Faciem meam non averti ab increpantibus & conspuentibus.*


HORA QVARTA.



**I**L-lu-di-tur pro-ca-ci-bus Christi pu-dor



con-vi-ci-is Claman-ti-um-que tur-pi-a Perfert si-



lens op-probri-a.

*Spurcantur ora, siquæ vallidæ  
Malæ crepant sub verberibus:  
Frequens caelestium sacra  
Errat manus per tempora.*

*Nos Christe si vis aspera  
Pro te pati ludibria,  
Mentes viriles adjice  
Amara cuncta spernere.*

*Disperde te colentium  
Hostes superbos cætuum,  
Quos impiorum nutriunt  
Aulæ protervæ præsulum.*


HYMNUS

HYMNUS XII.  
Christus velata facie


*palmis percussus.*

*Esaia 53. Quasi absconditus vultus ejus, & de-  
spectus, unde nec reputavimus eum.*


HORA QVINTA.



**M**iscent prophanis improbi Intorta ver-bis ver-



be-ra, Pulsataque O-ra lin-te-o Obnubi-lant



vi-lis-si-mo.

*Nomen Prophetæ jaclitans,  
Dic Christe, quis te verberet?  
Dic, & solutus tristibus,  
Clamant, abibis vinculis.*

*O Christe, culpam criminum  
Indignus omnem tollerans,  
In perferendis fortia  
Injuriis da pectora.*

*Sophistico velamine  
Nunc ora qui tegunt tua.  
Fac impediti propriis  
Hæretantur artibus.*

D 2

HYMNUS

## HYMNUS XIII.

## Mane

*Primapars diei.*

Historia Christi accusati coram magistratu  
Ecclesiastico & civili.


Christus concilii sententiis damnatus.

*Psal. 22. Circumdederunt me vituli multi, tauri  
pingues obsederunt me.*


HORA SEXTA.



V Tex- tu- lit pri- mo ju- bar Au- ro- ra



ma ne pal- li- dū, Mūdi arbiter, sub sel- li- a stat Christus an-



te ju- dicum.

Ut impium qvendā in Deum,  
Qvod se Deo asserit fatum,  
Doct̃or, Senator, Pontifex,  
Ipsū necis damnant reum.

Refert iniquam pœnitens  
Judas viris pecuniam:  
In fontem, cheu, parcite  
Emistis, inquit, sanguinem.

Nihil morantur improbum,  
Sed comparant nummis agrum.

At proditor de pendula  
Se strangulans obit trabe.

Dum mundus ob nomen tuum  
Nos ut cadaver ejicit,  
Ne terreamur impia  
Tu Christe fac sententia.

Delicta nescientibus  
Ignosce clemens hostibus:  
Sed obstinata sentiant  
Pœnas nocentum pectora.

HYMNUS

## HYMNUS XIV.

## Christus coram Pilato præside


Romano accusatus.

*Psal. 22. Aperuerunt super me os suum, sicut  
Leo rapiens & rugiens.*

HORA SEPTIMA.



A- git Mo- lossus Ca- i- phas Pi- la- te sal- tus



in tu- os Cer- vam, latebris ex- ci- tam Pri- mo di- e- i



tem- po- re.

Judæus horret Præsidis  
Ne polluat arrium:  
Parat malignis interim  
Cædemq; vimq; mentibus

In immerentem publica  
Christum feruntur crimina.  
Regem fatendo se, nihil  
Objecta curat reliqua.

Vocem Pilati percipe  
Ebræe furde Præsidis

Ter clamat: Hic est nullius,  
Qvod fingitis, mali reus.

Te nostra Christe vox rogat,  
Suspirat ardor pectoris,  
Da permeemus omnia  
Fatendo te pericula.

Da veritatis splendidum  
Ubiq; lumen fulgeat,  
Ut verus rex es ac DEUS  
Colare sic ab omnibus.

D 3


HYMNUS

HYMNUS XV.  
Christus in veste Byssina ab


Herode Antipa illutus.

*Psal. 69. Improperium contrivit cor meum,  
& mœrore confectus sum.*


HORA OCTAVA.



Christum li-gatum du-ce-re Pi-la-tus He-ro-di



ju-bet: Fi-unt a-mi-ci ho-sti-li-a Vulpes Le-



o- q; no-mi-na.

Inundat huc latrantium  
Grex, ceu dato signo, canum:  
Unius agni simplicis  
Caput trahendum qværitur.

Nullum tyranno verbulum  
Christus respondens effero,  
Dimittitur mox regia  
Illusus inde sindone.

In nos potestatem malis  
Ne largiaris hostibus:  
Sit tuta Christe sub tua  
Infirmitas potentia.

Eosq; qui contra sacram  
Consentiunt Ecclesiam,  
Disperge spreti patrio  
Ut exules agant solo.

HYMNUS

HYMNUS XVI.  
Antemeridiem


*Secunda pars diei.*

Historia damnati à Pilato Christi.

Christus à cohorte Prætoria virgis cæsus, purpura præsidiali  
indutus, & spinis coronatus.

*Esa 53. Pœnas nobis salutare per solvit, & livore  
ejus sanati sumus.*

HORA NONA.



Christo nefan-dum proferunt, In sa-na plebs



si-ca-ri-um, E-jus- q; sangvinem su-os O- ptant



pi-a- re li- be- ros.

Stat expeditis barbarus,  
Crepatq; liçtor fascibus,  
Obnubit & sævus sacra  
Spinis acutis tempora.

Fucata mox inducitur  
Ostro chlamys sidonio,  
Eiq; pro sceptro datur  
Harundo glauca regio.

Flexoq; adoratus genu  
Verbis superbis luditur

Vultus saliva sordidus,  
Pugnis protervis tunditur.

Spinas, flagella, pro meo  
Qvipertulisti crimine,  
O Christe sana livido  
Infirma cuncta vulnere.

Non fracta cedat asperis  
Formidolosa mens probris,  
Vincat sed audax in tuo  
Quicquid malorum nomine.

HYMNUS



HYMNUS XVII.  
Christus bajulans crucem, ad


supplicium ductus.

*Esai. 53. Verè langviores nostros ipse tulit, & dolores  
nostros ipse portavit.*

HORA DECIMA.



EN ba- julans Christus su- æ Crucis grava-



tur pon- de-re, Pecca- ta portans o- mnium In-



no- xi-us morta- li- um.

*Effundit ad spectaculum  
Se tota civitas novum,  
Matresq; flentes candida  
Fœdant, secantq; pectora.*

*Nec flete, Christus asper æ  
Hoc, inquit, exemplum necis,  
Lugete propter horrida  
Ventura vobis tempora.*

*Procedit ad pœnæ locum,  
Et alta scandit Golgata,*

*Duo latrones tristibus  
Eum sequuntur passibus.*

*O agne, nate virginis,  
Delicta nostra qui luis:  
Ignosce, tolle, contege  
Commisæ prævis crimina.*


*Nostram tuo cotidie  
Crucem feramus numine,  
Donec fruamur patria  
Tecum beati gloria.*

HYMNUS

HYMNUS XVIII.  
Christus crucifixus.

*Joh. 3. Exaltari oportet filium hominis, ut omnis  
qui credit in eum non pereat, sed ha-  
beat vitam æternam.*

HORA UNDECIMA.



AF- fi- gi- tur Chri- stus cru- ci Inter sce- le-



stos ar- du- æ, Vt Mo- sis an- gvis æ- ne- us



Al- to le- va- tur sti- pi- te.

*Hic ille rex & pontifex,  
Hæc illa patris victima,  
Dentis venenati levat  
Morsus nocentes sanguine.*

*Nudus, cruentus, squallidus,  
Ferroq; trajectus manus,  
Pacem poposcit insciis  
Et impetravit hostibus.*

*Celsam supra stant arborem  
Magnæ necis præconia*

*Contraq; nos quod editum  
Deletur hic Chirographum.*

*O Christe mitis & bonus,  
Ignosce delinquentibus:  
Nos culpa, pœna te premit,  
Placare confitentibus.*

*Non ultionis acribus  
Mens concitetur ignibus:  
Non illa quærat alteram  
Te derelicto copiam.*

E

HYMNUS

## HYMNUS XIX.

## Meridies.

*Tertiapars diei,*

Historia jam crucifixi.


Christus in cruce conviciis laceratus,

*Psal. 22. Omnes videntes deriserunt me, distenderunt labia, & moverunt caput,*

HORA DUODECIMA.



A turba a- cer- bis tun-di- tur Fœ-dis- si-



ma con- vi- ci- is, Disten- tus ex-ten- sa tra- be



To- ro cru-en- tus cor- po- re.

Non scriba, miles, non latro

Dei pepercit filio:

In immerentis, omnium

Lingvæ disertæ, opprobrium.

Non sustinens sol aureum

Hoc conditoris dedecus,

Caliginosis pallidum

Caput tenebris occulit.

Tu Christe lingvæ per sacrū

Lapsam gubernas spiritum:

Ut in tuas sit perpeti

Facunda laudes tempore.

Tu verè sol, in abdita

Diffunde lucem pectora:

Mentis corusco lumine

Cæcæ tenebras discute.

HYMNUS


## HYMNUS XX.

## Christus in cruce Latronem

suscipiens.

*Johan. 12. Ego si exaltatus fuero à terra omnes traham ad meipsum.*

HORA PRIMA,



QVod lu- ge-at Sol in- ve-nit; QVod la- tro plan-



gat, non ha-ber: Inno- xi- um ca-lu- mni- is Vexat pu-



den- dis no- xi- us.

Dum nemo cognoscit Deum;

Dum nemo se culpæ reum:

Dexter latro (mirum) sacro

Illuminatur Flamine.

Hic innocens, nocens ego,

Exclamat, &amp; Christum rogat:

Mei memento, cum thronum

Rex possidebis aureum.

Mox audit: Hoc die nova

Mecum fructu patria

Delicta tollit omnium

Sc Christus invocantium.

Da Christe cuncta noscere

Errata, nosq; respice:

Ne sera quando termino

Fides labascet ultimo.

Tu justus, immerens, bonus:

Nos inquinati sordibus,

Peccamus, &amp; peccavimus:

Ne tolle nos, ne perde nos,

E 2

HYMNUS

## HYMNUS XXI.

Christus dolorum magnitudine excla-


mans, &amp; Patri coelesti se commendans.

*Psal. 22. Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti.*


HORA SECUNDA.



Con- fe- ctus indignif- si- mis Christus miser-



ri- me mo- dis: Sen- tit fu-ro- ris pa- tri- i



I-ram, fe- ren- do ne- mi- ni.

Heu quid Deus, Deus gravi  
Me dekeris certamine?  
Hæciple: Vulgus frivolis  
Exulter amens vocibus.

Sirim levaturo datur  
Infecto aceto spongia,  
Quam respuens: iam nunc ait,  
Peracta sunt jam omnia.

Demisit ut labens caput,  
Audita vox est ultima:

Nunc in tuam, Pater, manum  
Commendo supplex spiritum.

Tu Christe nostra prælia  
Dux atq; rector adjuva:  
Nostram salutem qui sitis,  
Perfunde sicca pectoris.

Ut cum brevis fragillimus  
Exactus vitæ terminus,  
Tradamus in tuum sinum  
Vitæ solutæ spiritum.

## HYMNUS XXII.

Vespera.

Quarta pars dici Historia Christi mortui.

Christus mortuus.

*Esaiæ 53. Excisus est de terra viventium, propter scelera populi mei vulneravi eum.*

HORA TERTIA.



A Bor- be-æ- sus con- di- to Nūc Christus agnus



mor- tu- us: Ca- put Draco- nis in- cli- tus Par- tus pu-



el- la con- te- rit.

